

**Programma Quo Rector Et Senatus Academiae Rostochiensis funus ... Viri-  
Iuvenis Johannis Alberti Cothmanni L. L. Studiosi solertissimi Patre Viro ... Dn.  
Joanne Cothmanno, Icto ... Nati Hicq[ue] Rostochii die XXVI. Maii ... Anno cl Ic L.  
pie denati Et Gustroviae Christiano ritu terrae mandandi Commiserationis &  
honoris ergo prosequuntur**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770472052>

Druck    Freier  Zugang



**Senat. Universit.**

**in J. A. Cothmann.**

**R. (1650.)**

*45-*







# PROGRAMMA

Quo  
RECTOR

Et

Senatus Academiæ Rostochiensis

funus

Præstantissimi & Eruditissimi Viri. Juvenis

JOHANNIS ALBERTI,  
COTHMANNI

L. L. Studiosi solertissimi

PATRE

Viro Nobiliss. Magnifico, Ampliss. & Consultissimo

DN. JOANNE COTHMANNO,

JCTo celeberrimo, Sacri Lateranensis

Palatii, Aulæq; Cæsareæ, & Imperialis Consisto-

rui COMITE: Illustriss. DUCUM. MEGA.

POLENSIUM CANCELLARIO: GAVILSIAM.

Nati

Hicq; Rostochij die XXVI. Maij, quæ corporis terriam

meridianam,

ANNO clœ loc L:

pie denati

Et Gustroviæ Christiano ritu terræ

mandandi

Commisserationis & honoris ergo  
prosequuntur.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr,

45





Uamvis mortalium nemini dubitandum sit, ab eo solo, qui solus est, fuit & futurus est sine termino, omnium mortalium vitæ terminum unicè pendere: quamvis, inquam, nemo Christianus dubitare propter infallibilem S. Scripturæ canonem debeat: constat tamen, repertos fuisse, & hodienum reperiri VIRO Stoto sanè orbe celeberrimos & experientissimos, qui salvo S. Literarum, hoc illove loco sensu, sedulò & accuratè in hunc humanæ vitæ terminum, quā fixum, quā vero mobilem, inquirendo desudarunt. Videbant, ad quam ne hiscere quidem fas est, immotam Sancti Spiritus autoritatem, nempe, *Præciosos juxta Dei voluntatem hominū dies esse, numerum mensum ejus esse penes Deum, penes eandem esse determinationes ejus, quae transgreendi nemo queat, qui locus unus sit nobis loco omnium.* Videbant autem simul, quotidianam experientiam testari, innumeros, modo non uno, filum vitæ sibimet ipsis præscindere, sive innumeris aliorum, vel insidiis, vel injuria, aliisq; multis iisdemq; variis casibus, filum illud præscindi. Exinde multa in utramq; sententiam per quam doctè, & subtiliter fuere disputata, & impræsentiarum commodè disputari possent, nisi tuis esse videretur hunc evitare Labyrinthum & imitari beatissimum Paulum: illum, inquam, qui potatus est nectare beatorum, qui chorus angelorum interfuit, qui vidit & audivit ineffabilia, qui ab altera parte noverat hominum inspectandis divinis temeritatem, Quid aurem? recyclatne cenda?

87

cenda? imo vero ad hæc & horum similia exclamiat stupore &  
pavore perculsus, & tanquam tuba personat, exaltat vocem  
sui clangoris, ut omnes pallidi & pavidi taceamus. O altitu-  
do divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia  
sunt judicia ejus & non vestigabiles viæ ejus! quis novit men-  
tem domini? & quis consiliarius ejus fuit? Cum hic  
audis, profundum & altitudinem, time. Quis enim  
profunda marium non expavescat? quis alta montium cacu-  
mina non horreat, quis ibi non retrahit pedem simul & ocu-  
lum? cum audis divicias, desidera. Cujus enim pectora non  
cogit divitiarum fames? cum audis sapientiam, & cogni-  
tionem, adora, & cum audis D E U M, ama. Sic & nobis agen-  
dum omnino arbitramur, dum Præstantissimum Virum - Ju-  
venem D N J O H A N N E M A L B E R T U M C O T H-  
M A N N U M, æquitati & justitiæ, dum fata sinebant studio-  
fissimum, Magni Parentis filium verè æmulum, præmatura-  
eheu! morte, in ipso eheu! ætatis flore, è numero viventium  
sublatum esse seriò dolemus.

DEO summo rerum arbitro, ita visum fuit, illi ita pla-  
cuit, ut transferretur, inter mortales vivens. Ereptus nunc  
est, ne malitia mutaret intellectum ipsius, &  
dolus hujus mundi deciperet animam ejus. Quid enim fascina-  
tio improba non potest? depravat quæ bona sunt & circum-  
agitatio concupiscentiæ, transvertit mentem, malitiæ alio-  
quin carentem. Sanctificatus & à delinquentibus jam sepa-  
ratus es, j o H A N N E S A L B E R T E, brevi spacio im-  
plevisti longa tempora. Sed quare? Quia anima tua grata  
erat Creatori, propterea festinavit tollere te ex improbita-  
tis medio. Quis nisi malè sanus tibi hanc invidereret felicita-

A 2

tem

tem & TE ad hujus nostræ tragædiaæ scenam reduceret? Est quidem, non diffitemur seculum hoc nostrum, omni Eruditionis modo atq; numero absolutissimum, sed quod dolendum, quò plus scientiæ, eò in hoc seculo conscientiæ minus. Fidem certè si spectes, quam sive Deo, sive proximo debemus, vix aliter poteris, quin exclames

*Nunquam plus fidei perfidiaq; fuit!*

Ote ergo iterum atq; iterum felicem, qui angelorum immensus choro, fidelitate frueris sine omni diffidentia atq; perfidia! Nostræ Juventutis, dum florebas, flos eras gratissimus: pariter amarunt & magnifecerunt, quotquot te noverunt omnes; cujuscunq; ordinis hominibus charus vixisti, & facile assecutus es, quod Comicus difficilimum putabat, sine invidia laudem invenire & amicos parare. Ad animam quippe & in dolem præclarissimam, quum talis accedit institutio, quam paulo post dicemus, quid non præclari exinde solet existere? Natus est autem hic desideratissimus noster JOHANNES ALBERTUS, LUBECAE (ubit tunc, tempore luctuosissimo, cum apud nos, illius oceani & Balthici maris Architallasi invisum nomen, omnium aures personabat, gravissimus DN. Cancellarius, Parens mæstissimus, Serenissimo & Celsissimo nostro Principi DN. JOANNI ALBERTO, cuius memoria sit in æterna benedictione, à functionibus publicis in exilio existens, vitam agebat) XIV Decemb; hora VI matutina anno clo I<sup>o</sup>c XXX, & ejusdem XXVII per baptismum in album cæli candidatorum relatus est, compatribus gaudens ambobus Clementiss. & Celsiss. nostris Principibus germanis fratribus, DN. DN. ADOLPHO FRIDERICO & JOHANNE ALBERTO, quorum ille propriis palmis

palmis makaricen nostrum sacro lavandum fonte obtulit &  
uterq; Princeps, ut singularem affectum & benevolentiam.  
erga fidelissimum suum ~~egreditur~~ quam uberrimè testaretur,  
convivio præsentia sua deesse haud voluit. Educationem  
domesticam quod attinget, talis ea fuit & plurimis nota, ut  
prudentior & cordatior vix excogitari possit alia. Paternus  
enim oculus ipsus inspecto fuit, atq; ~~in~~ βέφθεις ad pietatem &  
S. Bibliorum lectionem, præceptis & exemplis filium addu-  
xit, unde factum ut noster JOHANNES ALBERTUS  
admodum adhuc juvenis in usitata ferè in illa ætate suæ eru-  
ditionis in historicis & aliis humanitatis studiis specimina-  
dederit, & hoc ipso magnam spem futurorum præclarè ge-  
rendorum DN. Parenti excitaverit. Hic Rostochij, DEO pie-  
tatem, studiis industriam & Præceptoribus, ut & Hospi-  
ti suo Rev. Pl. & Cl. DN. AUGUSTO VARENIO, S.S.  
Theol. D. & Hebraic. Litter. Prof. apud nos celeberrimo, per  
biennium, debitam reverentiam usq; ad mortem exhibuit.  
Proximū maximè semestre inter alia magna cū admiratione  
in ediscendis tit. de regul. Juris & V.V. significationibus diurno  
& nocturno labore consummavit. Sub prædicti DN. Prof.  
præsidio, ante biennium collegium universale, chrono-  
logico-Historicū, ante annum Collegium Geographicum uni-  
versale; sub præsidio vero Consultissimi & Excellentissimi  
DN. D. JOACHIMI SCHNOBELII, Colleg: institu-  
tut. Pandectarum disputatorium, & juris publici, habuit, cæ-  
terorumq; Dnn. Professorum auditor fuit sedulus.

Præclaram autem piè defuncti nostri Genealogiam  
quæ concernunt, ea jam ex ordine huc adponemus. Patrem  
colujt, Virum Nobilissimum, Magnificum, Amplissimum, &

Consultissimum DN. JO HANNEM COTHMAN-  
N U M. J Ctum celeberrimum. Sacri Lateranensis Palatii, Aulæq; Cæsariæ, & imperialis consistorii COMITEM, Illustriſſ. &c. Megapoleſeos Ducum Cancellarium gravissimum, & quam optimè meritum. Matrem vero AGNETAM Gulen/ matronalium virtutum quondam decus prænobile, quæ Anno c̄lo Ic XLV piè & placidè in Domino obdormivit, & huic mundo tergum, Deo autem Creatori & Redemptori pectus animamq; dedit. Avum paternum habuit THEODORICUM COTHMANNUM, Reipublicæ Lemgoviensis Consulem, Virum ſpectatae virtutis & integritatis, cujnsq; fides, industria, dexteritas, & opera iſti Reip. insigniter navata, plurimum profuit, eaq; de cauſa omnibus bonis longe chariſſimū. Hujus præcellentis Viri Majores Patricia & consulari dignitate a trecentis annis florentes, fuere conſpicui, quorum præclara uestigia, ſi ſummum numen concesſiſſet, defunctus noster, ſine dubio fuiffet ſecutus. Avum maternum habuit, p.m. Dn. BALTHASARUM Gulen/ noſtræ urbis civem honestum & Patrium. Avia paterna ipsi fuit AGNETA von der Lippen/ Materna autem Avia ANNA Grotens/ pia, proba, caſta & ab omnibus bonis amata matrona. Proavum habuit Dn. BERNHARDU M von der Lippe/ Comitis à Lippa Cancellarium quondam auro contra chariorem, ex familia insigni & prænobili oriundum. Proavum maternum Dn. BALTHASARUM Gulen Rostochiensis Reipubl. Consulem gravissimum.  
Proavia paternâ habuit MARGARETAM Sanderes/ maternam vero habuit ANNA M Kirchhofes/ ex pervertuſta & famigeratissima illa familia der Kirchhofen/ prognatam, ſororem genuinam, eeleberrimorum Ictorum D. LAURENTII & D. LAMBERTI der Kirchhofe/ quorum Pater Avus & proavus consulari dignitate, apud Rostochienses, fuere jam plus quam a trecentis annis, conſpicui. Tanta tamq; insigni illuſtrium Majorum catervâ ſtipatus, noster pie defunctus, juenis XX. annorum, ad ſublimia natus, naturæ debitum exſolvit, & cum Deus voluerit, exſolvere debuit, volait. Cum enim XXIII. Maij male ſe habere ſentiret, poſtridie ejus diei Medici, Excellentiſſ. & Experientiſſimi Dn. D. STOCKMANNE, cujus industria vi-

gilan-

gilantia, & anxia cura, non uni nostrum constat, usus opera,  
aliquanto melius habere cæpit, doloribus capitis & angustiæ  
pectoris mitigatis; quin etiam sequenti XXV. die, varioli,  
cum continuo totius corporis madore, jam apparuerunt in  
dorso præcipuè & facie, tanto cum levamine, ut hilari  
esset animo, & optima quæq; speraret, tum ipse, tum ad-  
stantes, nec minus Medicus, qui hora 6. ægrum relinquens  
divinæ protectioni eum commendavit. Vigesimo sexto die, ho-  
ra septimæ matutina, iterū accedens Medicus, tantam mutatio-  
nem in urina & pulsu deprehendit, ut nō leviter obstupesceret:  
videbat enim ad agonem omnia esse proclivia & artem medi-  
cam prorsus respui. Durante autem morbo continuis & per-  
petuis precibus cum Deo egit, nunquam passus fuit è mani-  
bus sibi enchiridion precum, quibus assuetus erat, excuti.  
Testatur Hospes, testantur commensales, quam avidè expeti-  
verit preces & Psalmos sibi prælegi, præprimis Ps. LI. ad cuius  
prælectionem, frequenter ingeminavit illud publicani: *O De-  
us propitius esto mihi peccatori. Miserere mei o alme misericordiarum  
Pater. Adiuva e salvo me o bone JESU.* Ipse Jacobæ Eccle-  
siæ Pastor, Pl. Reverendus DN. M. CHRISTIANUS  
MICHAEL, morituri animam seriis precibus Deo com-  
mendans, cum ultimum fidei signum alta postularet voce, ex-  
pansis manibus & digitis, fiduciam in salvatorem JESUM  
CHRISTUM ostendit. In hisce piis meditationibus, & san-  
ctissimis desideriis atq; suspiriis, placidissimè in vera fide sine  
ullo doloris sensu, ex spiravit, animamq; summo ejusdem  
Authori & servatori reddidit.

Quantum in corde Patrio tristissimus hic nuncius dolorem  
concitarit, cuivis facile est colligere; dolendus enim illi non est  
bimulus

bimulus aut trimulus filius, sed filius in optimo ætatis vigore  
raptus, à cursu animi atq; industriæ præmaturè revocatus, ra-  
ptus extra Parentis conspectum, quod mærorem sane non mi-  
nuit. Sed oportet, Magne ParenS, ut ceteris ipsojam sis major, &  
nos confidimus, luctui TE modū facturū, si consideraveris, ad  
rem non pertainere, quo quis loco desinat, modo bonam clau-  
sulam vitæ imponat. Quod si hoc non aliquo doloris fasce  
TE levat: at illud leniat, quod die restitutionis omnium il-  
lum sis recepturus, quodq; quam diu in terris vixit, & piè  
obiit, non, nisi honestam nominis famam post se reliquit.

Vos, Cives Academici, quia luctuosum hoc funus, honori-  
fica vestra præsentia (quod, scimus, faceretis frequentes) co-  
honestare jam non licet, agite sultis, sequimini, quod potestis,  
affectu & vestra doloris societate. Ita non parum dolorem  
suum levatum esse, Nobilissimus & Gravissimus Dn. C A N-  
CELLARIUS, fatebitur. Vos vestræ mortalitatis singulis  
momentis memores, rectè valete & cir-  
cumspicte vivite.

P.P. Rostochij die V. Junii Anno cLz LcL.  
Iub Universitatis sigillo.











palmis makaricen nostrum sacro lava-  
uterq; Princeps, ut singularem affectu-  
erga fidelissimum suum ~~egrediātus~~ quan-  
convivio præsentia suā deesse haud  
domesticam quod attinet, talis ea fuit  
prudentior & cordatior vix excogita-  
enim oculus ipsus inspecto fuit, atq;  
S. Bibliorum lectionem, præceptis &  
xit, unde factum ut noster JOHAN  
admodum adhuc juvenis inusitata fe-  
ditionis in historicis & aliis humanis  
dederit, & hoc ipso magnam spem  
rendorum DN. Parenti excitaverit. H  
tatem, studiis industriam & Præce-  
ti suo Rev. Pl. & Cl. DN. AUGUST  
Theol. D. & Hebraic. Litter. Prof. apu-  
biennium, debitam reverentiam usq;  
Proximū maximè semestre inter alia  
in ediscendis tit. de regul. Juris & V.V. si  
& nocturno labore consummavit.  
præsidio, ante biennium collegium  
logico-Historicū, ante annum Collegi  
versale; sub præsidio vero Consultiss  
DN. D. JOACHIMI SCHNOR  
tut. Pandectarum disputatorium, & ju-  
terorumq; Dnn. Professorum audito-

Præclaram autem piè defunct  
quæ concernunt, ea jam ex ordine hu-  
coluit, Virum Nobilissimum, Magnifi-

A 3



te obtulit &  
revolentiam.  
è testaretur,  
ducationem.  
is nota, ut  
ia: Paternus  
d pietatem &  
filium addu-  
BERTUS  
tate suæ eru-  
s specimina  
præclarè ge-  
nj, DEO pie-  
ut & Hospi-  
EN IO, S.S.  
berrimo, per  
m exhibuit.  
admiratione  
nibus diurno  
ti DN. Prof.  
e, chrono-  
aphicum uni-  
cellentissimi  
Colleg: insti-  
ci, habuit, cæ-  
lus.  
genealogiam  
mus. Patrem  
olissimum, &  
Consul-